



N^o 9 180

(1-30) Catalanus novus et

321-341

1578-95,

371-38

1599-1605,

1607, 1609, 1610,

1612-13, 1619

in 35 V. K.

dazu andere Schrift 71, 35/236.

Teile 14-16, 18, 20-32, 34-36 + 39

die Salisw.

2008

CATALOGVS VNI-
VERSALIS PRO NVN-
DINIS FRANCOVRTENSI-
bus vernalibus, de anno 1605.

30

HOC EST:

Ng 180

DESIGNATIO OMNIUM
LIBRORVM, QVI ISTIS NVNDINIS
*vernalibus, vel noui, vel emendatiores, aut
auctiores prodierunt.*

Das ist:

Verzeichniß aller Bücher/so zu Franckfurt in
der Fastenmeß / Anno 1605. entweder ganz neuw oder
sonsten verbessert / oder auff's new widerumb auffgelegt / in der
Buchgassen verkaufft worden.

mit dem

1605

Joh. Saur
der Buchh.



*Frankfurt Buchhändler
Stadt Mag. Joh. Saur
verkaufts abhandelt zu be.
Saur.*

FRANCOVRTI,

Permissu Superiorum excudebat Ioannes Saur.

(Pet. Buchh.)



*LIBRI THEOLOGICI THEO-
logorum protestantium, Pontificiorum,
& Calvinianorum.*

- 4 1605 **D** Matthiæ Hoë Apologeticus contra stolidum iudicium Roberti Bellarmini, pro libro Concordiæ. Francofurti apud Ioannem Spiessium & Ioannem Iacobum Porcium, in 8.
- 8 1605 **T**riumphus Papalis super successionem eumentitam & consensum dissentientem Pontificiorum & Iesuitarum. Cui adiuncta est historia Iesuitici ordinis perfectissima, conscripta à M. Elia Hasenmüllero. Francofurti apud eosdem, in 8.
- 8 1605 D. Ægidii Hunnii commentarius in Ioannem, editio quinta. Apud eosdem, in 8.
- 5 4 1605 Duodenarius Historico-Biblicus, singulis duodenariis singulos fere hominum status atque ordines, quorum in S. Bibliis potissimum fit mentio, complectens, in 12. classes tributus. Ex S. Bibliis, Iosepho, & aliis, à M. Georgio Draudio erutus. Francofurti apud Ioan. Iacob. Porcium, in 8.
- 9 1605 Expedita & expetita responsio ad appellationem & prouocationem D. Samuelis Huberi. Addita est delineatio articuli de Prædestinatione, autore D. Matthiæ Hoë. Lipsiæ apud Voigt, in 4.
- 8 1605 Balthasaris Crusii Tobias, comœdia sacra. Voigt, in 8. Eiusdem Exodus, Tragœdia. Voigt, in 8.
- 9 3 1605 D. Christoph. Pelargi comment. in Leuiticum. Magdeburgi apud Francum, in 4.
- 6 1605 Colloquium M. Alberti Gravveri & M. Wolf. Amlingi, in arce Schochvvitz, anno 1604. habitum. Nunc amore Lutheraniæ veritatis notulis quibusdam aspersis euulgatum. Magdeburgi apud Francum, in 4.
- 1605 D. Christophori Pelargi in librum Numeri commentarius. Apud Francum prostabit proximis nundinis Lipsensibus.
- 1605 Eiusdem, de Arianis recentioribus eorumq; blasphemis dogmatibus admonitio. Et contra anonymum quendam Arianiæ sectæ propugnatorem responsio. Apud Francum prostabit proximis nundinis Lipsensibus.
- 1605 Absurda Absurdorū absurdissima, Calvinistica absurda, Logice & Theologice demonstrata, à M. Alberto Gravvero, &c. Magdeburgi apud Francum prox. nund. Lipsensibus prostabit.
- 16 1605 D. Polycarpi Leyseri Noachus, siue expositio historiæ Noachi, Apud Henning. Gros, in 4.
- 1604 Euangelia & Epistolæ Dominicales ac Festorum, Græce & Latine. Cum distichis Stigellii, & festiualibus Bernhardi Bomgardii. Henning. Gros, in 8.

De

De disputatione cum Diabolo, tractatio Theologica & scholastica, apolo- 1605
getici loco in gratiam Nic. Serarii, monachi Moguntini, edita à M. Frid. Bal-
duino. Henning. Grossius, in 8.

Disputationis præparatoriæ quaestio tertia de S. scripturæ fontibus & ver- 1605
sionibus, vtilissimis *propositis* locupletata, præside D. Georgio Zeamanno.
Apud Sebast. Mylium Augustanum, in 4.

Tractatus abbreviaturarum omnium sanctæ lingue Georgii Weigenmaieri, 1605
olim Profess. Tubingensis. Tubingæ apud Cellium, in 8.

Catalogus hæreticorum D. Conradi Schlüsselburgi, tredecim Tomis com- 1605
prehensus, recognitus. Francofurti apud Kopsium, in 8.

D. Ægidii commentarius in Epistolam posteriorem D. Pauli ad Corinth. 1605
editus à D. Heluico Garthio. Prostat apud Ioan. Ludouicum Birschium Fran-
cofurtensem. & apud Bergeum Witeberg. in 8.

Papa pharisaizans, siue consensus Papistarum & Pharisaorum tam in do- 1605
ctrina, ritibus & traditionibus, quam etiam in vita ac moribus, addita refuta-
tione præcipuorum argumentorum. Rob. Bellarmini. Apud eundem, in 8.

M. Petri Grabouii Syntaxis Ebrææ lingue. Witebergæ apud Berger. in 8. 1605

Acta Colloquii Montisbelligartensis, recognita. Apud eundem, in 4. 1605

D. Ægidii Hunnii articulus de Providentia. Apud eundem, in 8. 1605

Eiusdem articulus de Ecclesia. Apud eundem, in 8. 1605

Eiusdem articulus de libero arbitrio. Apud eundem, in 8. 1605

Iosephi Langii loci communes ex sacris literis, patribus, &c. editio altera. 1605
Argentorati apud Rihelium, in 8.

Danielis Fettii oratio, an peccatum originis sit substantia, contra Ioannem 1605
Fraxineum. Hamburgi apud Frobenium, in 8.

M. Ioan. Schroderi opusculum Theologicum, de principio Theologiæ & 1605
naturalis notitia Dei. Schwinfurti apud Caspar. Kemlinum, in 8.

D. Iacobi Heerbrandi compendium Theologiæ, passim auctum. Acces- 1605
sere aphorismi theol. disputationibus XIII. propositi à M. Ioanne Schrode-
ro. Apud Laurentium Alberti Lubecensem, in 8.

Euangelia & Epistolæ Domin. & Festor. Græce & Latine. Apud eund. in 8. 1604

Henrici Ursini horologium theologicum, hoc est, piæ cogitationes de di-
cto Christi: Nonne duodecim sunt horæ diei? Lubecæ, in 8.

D. Lucae Bacmeisteri explicatio septem Psalmorum pœnitentialium, nec non 1605
Psalmi 17. & 22. Rostoch. proft. apud Laur. Albert. & Frob. & Zach. Schur. 8.

Catechesis D. Martini Lutheri in rithmos Iambicos monometros redacta 1605
à M. Friderico Dedekindo. Lubecæ, in 12.

M. Zach. Vietoris antitheses febriculosis quibusdam porismatis, Wesalia, 1605
ad erroris Calvinistici patrocinium velitatis oppositæ. Hamburg. apud Frob. 4.

Calendarium etymologicum Papisticum ex Lombardica historia, quæ au- 1905

A 2 rea

- rea Legenda vulgo dicitur, Iacobi de Voragine, congestum à M. Erasmo Schmidr. Witebergæ apud Seelfisch, in 4.
- 7 . 1605 D. Salomonis Gesneri disputationes XVII. pro libro Concordiæ. Witebergæ impensis Zachar. Schureri, in 8.
- 1 4 . 1605 D. Philippi Marbachii disputatio de veneratione Sanctorum, & eorum reliquiis. Argentorati apud Bertramum, in 4.
- 7 . 1605 Diæta Salutis, siue enodatio omnium virtutum & vitiorum, autore S. Bonaventura. Addita est confessio theologica, seu potius catena aurea. Apud Bertramum, in 12.
- 3 . 1605 M. Ioan. Forsteri P. C. Theatrum Christianæ iuuentutis, quo exhibentur tres tragædiæ, itemq; tres comædiæ sacrae, stylo maxime Terentiano. Lipsiæ impensis Thomæ Schureri, in 8.
- 2 6 . 1605 Vade mecum, cara pietas & rara caritas, autore Othone Casmanno. Francofurti apud Palthenium, in 8.
- 11 . 1603 D. Ioan. Winckelmanni commentarius in 12. Prophetas minores. Apud eundem, in 8.
- 7 . 1605 D. Felicis Bidembachii Promptuarium connubiale, accessit in fine tractatus de causis matrimonialibus, eodem autore. Tubingæ apud Gruppenbach. in 8.
- 1605 M. Lucæ Osiandri Enchiridion controuersiarum religionis inter Augustanæ confessionis Theologos & Anabaptistas. Tubingæ apud Gruppenb. & Henning. Grossum, in 8.
- 1605 M. Ioan. Wolderi analysis Logico-Theologica omnium Euangeliorum Dominicalium, ad efformandas conciones & memoriam iuuandam apprime utilis. Witebergæ apud Ioannem Schmidr, in 4.
- 1605 D. Leonhardi Hutteri disputatio pro formula Concordiæ. Witebergæ apud Bergerum, in 4.
- 1605 **A**nnotationes & additiones ad Francisci Toleti librum, qui inscribitur Summa casuum conscientia, siue de instructione sacerdotum, autore Andrea Victorello Bassanensi: Nunc primum in Germania edita. Coloniae apud Ioan. Gymnicum, in 8.
- 1605 Apologia pro Luthero & Diabolo, à Frid. Balduino edita Apologia, per D. Nicolaum Serarium monstrata. Moguntia apud Balthaf. Lippium, in 8.
- 4 . 1605 Catholicorum Tremoniensium aduersus Lutheranicæ ibidem factionis Prædicantes defensio, in qua causæ explicantur, ob quas Catholicae Ecclesiae Augustanam confessionem assumere nequeant. Coloniae apud Gualtherum, in 8.
- 1605 Ioan. Bonifacii, Soc. Iesu, historia virginalis de beatiss. Mariæ vita & miraculis. Coloniae apud Gualtherum, & Parisiis apud Mich. Sonnium, in 8.
- Modus

Modus administrandi sacramenta Baptismi, extremae unctio-
nis & matrimonii, in usum sacerdotum, qui ad remota & periculosa loca coguntur ex-
currere, apud Gualtherum. Colon. in 12. 1605

Magnentii Rabani Mauri de laudibus S. crucis, cum antiquitate autoris,
tum nouitate scriptio-
nis opus mirificum; quo figuris siue imaginibus 28. multa
fidei Christianae mysteria in formam crucis redacta explicantur, Augustae.
Prostat apud Sebast. Mylium Augustanum, in fol. 1605 168

Ioan. Olorii, Soc. Iesu conciones per totum annum de Festis, & per Quin-
dragessimam &c. in quinque Tomos distributae. Editio postrema, Coloniae
apud Anton Hierat, in 8. 1605

Seruatii de Lairuelz commentarii in regulam S. August. Mussiponti, pro-
stant apud eundem Hierat, in 4. 1605

Diurnale ordinis S. Benedicti de obseruantia per Germaniam recognitum, 1605
apud Hierat, in 24.

Hymnorum sacrorum de beatiss. Virgine, & S. Patronis S. R. Bohemiae, li-
bri tres, iam primum in Germania visi, autore D. Georgio Pontan. Prostat apud
Nic. Steinium Francof. in 12. 1605

B. Gregorii Nysseni opera omnia, Notis Frontonis Daczi, Soc. Iesu, illu-
strata. Parisiis apud Mich. Sonnum, in fol. 1605

Feliciani Capitoni promptuarium, sacrum continens vtriusque Testamen-
ti praecipuorum locorum explicationes, quibus haeretici abutuntur, Coloniae
apud Cholinum, in 8. 1605

Iacobi de Graffis sermones in Euangelia de Dominicis & festis aliquot so-
lennioribus totius anni. Accessit R. D. Francisci Panigarolae Rhetoricae Ec-
clesiae libellus, Coloniae apud Ioan. Honthemium, in 8. 1605 12

Francisci Panigerolae Rhetorica Ecclesiastica, Coloniae apud Ioa. Honthe-
mium, in 8. 1605

De praecipuis Christi & Sanctorum operibus, quae festis eorum diebus in
Ecclesia festiue celebrantur, Tomi duo, autore Didaco de Ianguas Hispano:
Parisiis, prostant apud Raphelengium, in 8. 1605

D. Hilarii opera. Parisiis apud Societatem, in fol. 1605

S. Agobardi Episcopi Lugdunensis opera, quae octingentos annos in tene-
bris delituerant, Parisiis apud Raphelengium, in 8. 1605

D. Davidis Parei Heidelbergensis disputatio prima de sacrarum scriptura-
rum autoritate, eiusdemque epistola dedicatoria; Notis & animaduersionibus
illustrata, cum vindicatione caesurae Moguntinae & discussione exegeseos eius-
dem Parei, per R. P. D. Ioan. Mulhusinum, Moguntiae apud Albinum, in 4. 1605

Iusti Baronii Epistolarum sacrarum ad Pontificem Max. & ampliss. Cardi-
nales libri sex, Moguntiae apud Albinum, in 8. 1605 5

Iusti Baronii PseudoIubilaei Witebergensis aduersus Aegidium Hunnium
1605 12
A 3 & Lu-

157

ii
16
12
4
14
10

- & Lutherum, liber singularis, recens emendatus. Moguntia apud Albin. in 8.
- 1605 Iusti Baronii praescriptionum aduersus haereticos perpetuarum, tractatus sex, vindiciis aduersus Ioan. Reinoldum aucti, apud eundem in 8. Prostant etiam Vindiciae seorsim, ibid. in 8.
- 1605 D. Gabrielis Prateoli elenchus omnium haereticorum, ab orbe condito ad nostra usque tempora, ordine alphabetico. Coloniae apud Quentel. in 4.
- 1605 Francisci Haræi, de vitis sanctorum omnium nationum, ex VII. Tomis R. P. F. Laurentii Surii compendium, opus nouum duplo auctum. Coloniae apud eundem, in fol.
- 1605 Confessio Gregorii Magni, ex operibus collecta à R. Fr. Theodoro Petreio Campensi. Coloniae apud Quentelium, in 8.
- 1605 Iacobi de Graffis sermones spirituales in Euangelia dominicalia, & festa aliquot totius anni. Coloniae apud viduam Balthaf. Clypei, in 8.
- 1605 R. P. F. Christoph. Verrachini centum meditationes de praecipuis spiritualis vitae mysteriis. Coloniae apud Burgenium, in 8.
- 1605 D. Dionysii Carthusiani Inflammatorium diuini amoris. Accessit R. P. Francisci Amelri dialogus de amante anima ad Sponsi sui cognitionem perducta, Coloniae apud Burgen. in 12.
- 1605 S. Bernhaldi, de consideratione ad Eugenium Papam libri quinque, argumentis & scholiis illustrati à D. Gerardo Vossio. Accessit opusculum quod dicitur, ad quid venisti? apud eundem, in 12.
- 1605 R. P. F. Illephonsi promptuarium concionum festiualium. Adiecta sunt quibusque concionibus fragmenta ad formandos quosque sermones utilissima. Apud Burgenium, in 8.
- 1605 Augmentum Enchiridii Francisci Costeri, potissimum in articulo de Testamentis. Coloniae apud Arnoldum Mylium, in 8.
- 1605 Fr. Didaci de Yanguas promptuarium concionum festiualium totius anni, addita Dominicæ passionis explicatione. Coloniae apud Mylium, in 8.
- 1605 R. P. D. Hieronymi Lamas summa Ecclesiastica, siue instructio confessorum & poenitentium absolutissima. Addita est expositio extrauagantium editarum post Concilium Tridentinum, in 8.
- 1605 Arnobii disputationum aduersus gentes libri septem, Editio aucta, cum Desiderii Heraldii animaduersionibus. Parisiis in 8.
- 1605 Synesii Cyrenæi Episcopi Epistolæ, Græce, cum interpretatione Latina & notis. Parisiis in 8.
- 1605 R. P. Petri Binsfeldi Enchiridion theologiæ pastoralis, auctum. Augustæ Treuirorum apud Henricum Bock. in 8.
- 1605 S. Maximi Confessoris contra Monothelitas & acephalos opuscula tredecim, interprete Franc. Turriano Soc. Iesu. Ingolstadii, proft. apud Ioannem Hertsfroy, in 8.

D. Petri



259

- D. Petri Canisii summa doctrinae Christianae per Quaestiones conscripta. 1604
Ingolstadii, proft. apud Ioan. Hertsfroy, in 12.
- Eiusdem institutiones & exercitationes Christianae pietatis, ad Vaticanam
Bibliorum & breuiarii Rom. editionem accommodatae, Ingolstadii, proft.
apud eundem, in 12.
- D. Sixti Sartorii Miltenbergeri Epistolae quinque ad Consistorium Anspa- 1605
cense, D. M. Laurentium Læhum, in quibus paradoxa Lutheri Zvingliana
non pauca proponit, & responsum ad motiua sua ante biennium edita serio
petit. Ingolstadii apud Andream Angermarium, in 8.
- Illustrium miraculorum & historiarum memorabilium libri 12. Ante an- 1605
nos fere 400 à Casario Heisterbachensi conscripti, & nunc à mendis repur-
gati. Antuerpiae apud Nurium, in 8.
- D. Ioan. Scharbii conciones super totius anni Euangelia dominicalia. In- 1605
golstadii apud Hertsfroy. in 4.
- D. Cyrilli Alexandrini Episcopi opera omnia. Parisiis apud Societ. in fol. 1605
- Gregorii Magni opera, iuxta editionem Romanam. Parisiis apud Societ. 1605
in fol.
- Clari Bonarscii amphitheatrum honoris, in quo Calvinistarum in Societa- 1605
tem Iesu criminationes iugulantur. Palæopoli, proft. apud Bellerū Antwerp.
in 4.
- Vincentii Pellegrini Pisaren. Canonici Missarum liber primus, apud So- 1604
ciet. Vener.
- Commentaria in regulam D. Augustini, & tria vora substantialia religio- 1605
nis, autore B. Humberto, Magistri ord. Præd. Et in eandem enarratio Hugo-
nis à S. Victore. Apud Soc. Vener. in 8.
- D. Iacobi Strozzi tractatus de officio & potestate vicarii Episcopi, cum 1695
eiusdem additionibus, apud Societ. Vener. in 4.
- D. Iacobi Castellani compendium cōstitutionum summorum pontificum 1605
quæ extant, à Gregorio septimo, vsque ad Clementem octauum. Auctius,
apud Societ. Vener. in 4.
- Ludouici Crucii, Soc. Iesu, liber Psalmorum, cum interpretatione poeti- 1604
ca, Latine. Apud Societ. Vener. in 4.
- Fr. Ioan. de Oando, Reg. obseru. Discursus prædicabiles super mysteria 1605
fidei. Apud Soc. Vener. in 8.
- Sebastiani Maccii Soteridos, seu de redemptionis humanæ mysterio poc- 1605
mata sacra, apud Societ. Vener. in 4.
- Annalium Ecclesiasticorum Cæsaris Baronii Tomus x i. Apud Societ. Ve 1605
net. in fol.
- Νεοανδολόγων πληρέστατον τε καὶ ἀκραιτέστατον εἰς τὸ πᾶς νυχθημέρας κανονικὰς ὡρεῖς 1605
τὴν δὲ δειήσεις ἀναγινώσκων. Apud Societ. Vener. in 8.

12

10

15

Virida-



- 1605 Viridarium sanctorum, ex Menæis Græcorum lectum, translatum & annotationibus ac historiis illustratum à Matthæo Rudero, Augustæ Vindel. apud Georg. Willer. in 8.
- 1605 Velificatio seu theorematum de anno ortus ac mortis Domini, in quo vniuersa Iesu Christi, in carne œconomia exhibetur, per M. Laurentium Susbygam Polonum, Græci, proft. apud Georg. Willerum, in 4.
- 1605 Thomæ à Kempis de imitatione Christi, libri quatuor, Editio cum autographo collata. Græci, proft. apud eundem, in 8.
- 1605 Disputationes Rob. Bellarmini de controuersis fidei Christianæ. Accesserunt singulis tomis recentia quædam eiusdem autoris opuscula. Ingolstadii, proft. apud eundem, in 8.
- 1605 Missale Romanum, ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum, Pii V. Pont. Max. iussu editum, & Clementis VIII. auctoritate recognitum, Antuerpiæ, ex officina Plantiniana, apud Ioannem Moretum, in fol. figuris ligneis, itemque æneis.
- 1605 Biblia Sacra Vulgatæ Editionis Sixti V. Pont. Max. iussu recognita atq; edita, Antuerpiæ ex officina Plantiniana, apud Ioannem Moretum, in 4.
- 1605 Ben. Ariæ Montani Hispalensis in 21. Davidis Psalmos priores commentaria. Antuerpiæ, ex officina Plantiniana, apud Ioan. Moretum, in 4.
- 1605 Sacræ Litanæ variæ, cum breui piaque quotidiana exercitatione, in gratiam Catholicorum. Antuerpiæ, ex officina Plantiniana, apud Ioannem Moretum, in 12.
- 1605 Modus orandi Deum: Auctore D. ac M. Henrico Costerio. Antuerpiæ, ex officina Plantiniana, apud Ioan. Moretum, in 24. figuris ligneis, atque æneis.
- 1605 Tertius tomus Iacobi Gretseri S. I. de Cruce Christi in 4. Ingolstadii apud Adamum Sartorium. Georg. Willer.
- 1605 Iacobi Gretseri S. Iesu Antimonium, 4. Ingolstadii apud Adamum Sartorium. Georg. Willer.
- 1605 Summa siue Compendium omnium operum D. Martini ab Azpilcueta Nauarri, in 4. apud Somaschum.
- 1605 Commentaria seu Catholicæ veritates in Sacrosan. D. N. Iesu Christi Euangelium secundum Ioannem per F. Serafinum Capponi, à Porecta in 4. apud eundem.
- 1605 Missale Romanum ex Decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum Pii Quinti Pontificis Maximi iussu editum. Et Clementis octauæ auctoritate recognitum, in fol. apud Somaschum.
- 1604 Philippi Solitarii Dioptra, id est, amussis rei Christianæ ad Callinicum Monachum quatuor libris per Dialogum explicata, ex Bibliotheca Reipubl. Augustanæ per Iacobum Pontanum S. Iesu, in 4. Ingolstadii, Georg. Willer.

Iacobi

139
Jacobi Gretseri S. I. Lithus Misenus Calvinista nunc tertio libris quinque 1605
dedolatus pro defensione P. Ignatii, qui Societatem eandem fundavit in 8.
Ingolstadii. Georg Willer.

Epistola græca Simonis Lirhi Miseni Calvinistæ in sua elementa à Iacobo 1605
Gretsero S. I. resoluta in 8. Ingolstad. Georg Willer.

Jacobi Gretseri S. I. Exercitationum Theologicarum aduersus hæreticos 1605
libri VI. in 4. Ingolstadii. Georg Willer.

D. Aurelii Augustini meditationes, soliloquia, manuale, collatione M. S. 1605
codicum per Theologos Louanienses diligenter emendata. 24. Apud Pe-
trum Bellerum.

Speculum magnum exemplorum ex plusquam LX. authorib. excerptum 1605
ab Anonymo circiter annum Domini 1480. & per quendam Patrem è Socie-
tate Iesu appendice locupletatum, 4. Ioan. Bellerus.

Antiquitatum liturgicarū Arcana, Concionatoribus & pastoribus Prom- 1605
ptuarium, Sacerdotibus serium exercitium, religiosis meditationum specu-
lum, Nobilibus venatio, laicis sancta deuotio, ex diuersis authoribus tribus
tomis comprehensa, 80. ibid.

Lucerna Apostolica Ecclesiæ Dei, siue in B. Pauli ad Thimotheum, BB. Pe- 1605
tri & Ioannis Epistolas Canonicas commentaria, authore Ioanne Hesselio
Louanii sacrae Theologiæ professore, 8. ibid.

Clangor tubæ pænitentię, siue concionum super Epistolas quadragesima- 1605
les speciosus Thesaurus, authoribus D. D. P. Bacherio & I. Veldio Academię
Louaniensis S. Th. DD. 8. ibidem.

Flos Campi, considerationes, exhortationes, exercitia spiritualia, medita- 1605
nes, horas, litanias, Psalmodiam, officium B. Mariæ virginis & alias orationes,
Auctore Nicolao à Montmoreney 8. ibid.

De venerabili Eucharistiæ sacramento & sacrificio libri tres, contra sacra- 1605
mentarios & Lutheranos, Auctore Iacobo Bayo, ibid.

Liturgica siue de sacrificiis materiali altaris libri quatuor cum sacri cano. 1605
nis expositione, authore Iacobo Ianfonio, 8. ibid.

Eiusdem commentarius in Canticum canticorum, 8. ibid. 1605

Hortulus animæ cum horis de B. Maria ad vsum noui breuiarii Romani 1605
in 24. ibid.

D. Aurelii Augustini meditationes, soliloquia & Manuale per Theologos 1605
Louanienses collatione M. S. Codicum emendata cum Epistola B. Bernardi
de perfectione vitæ, in 24. ibid.

Kalendarium Gregorianum perpetuum, 8. ibid. 1605

Diurnale Romanum Clementis VIII. auctoritate recognitum cum offi- 1605
ciis propriis festorum ordinis minorum, in 12. ibid.

Sanctæ fidei Catholicæ confessio, complectens summam dogmatum, quę 1605
catechesi

B

2/3/2

catechesi ex præscripto sacri Concilii Tridentini traduntur, ad psallendum concinnata per D. Nicolaum Fourmanoir, 8. ibidem.

4 1605 De vera Christi Ecclesia, & obscuræ comparationis scripturæ & Ecclesiæ demonstratio, auctore Ioanne Capetio, 8. ibidem.

4 1605 Cornelii Schonæi comædiarum sacrarum pars prima, nunc denuo ab ipso autore recognita. Coloniae apud Greuenbruch. in 8.

5 1605 Augustini Marlorati catholica expositio Ecclesiastica in Nouum Testamentum. Editio sexta. Apud Comelinum, in fol.

4 1605 D. Bernardi Copii harmonia quatuor Euangelistarum. Accessit series rerû gestarum, inde à natiuitate Christi vsque ad desolationem Hierosolymorum auctore Ioanne Alezio Iuuanensi. Lichæ apud Kczelium, in 8.

1605 Gabriel Pauli Britanni disputationum theologicarum & scholasticarum, de Antichristo & eius Ecclesia, libri duo, Iesuitarum examini humiliter submissi. Hanouiae apud Guil. Antonium, in 8.

1605 Tuba Academica, qua patrum antiquorum defensionem auctor libere audacterq; suscipit & ad modestam in causa fidei concertationem Pontificios inuitat. Hanouiae apud eundem, in 8.

1605 Apologia Catholica scelera, quæ Iesuitæ & Pontificii alii Protestantibus impingunt, fere omnia ex ipsorum pontificiorum testimoniis diluuntur. Tomus I. de notis Ecclesiæ, auctore Thoma Mortono. Hanouiae apud eundem in 4.

1605 Antichristi demonstratio contra fabulas Pontificias & ineptam Rober. Bellarmini de Antichristo disputationem, auctore Roberto Abbate Oxoniensi. Hanouiae apud eundem, in 4.

1605 Constitutiones siue Canones Ecclesiastici per Episcopum Londinensem, pro Cantuariensi prouincia ex regia autoritate tractati & conclusi, inchoati Londini anno 1603. & à Iacobo, Angliæ & Scotiæ &c. rege approbati. Hanouiae apud eundem, in 4.

10 1605 Matthæi Sutliuii de Pontificis Rom. iniustissima in Ecclesia dominatione, aduersus Rob. Bellarminum, libri quinque. Hanouiae apud eundem, in 8.

9 1605 Sibrandi Luberti de principiis Christianorum dogmatum libri septem. Editio secunda. Apud eundem, in 8.

1 3 1605 Wilhelmi Zepperi sylua homiliarum in textus ex quatuor Euangelistis Dominicales, ubi quælibet Dominica duas ad minimû conciones, multæ tres, nonnullæ etiam quatuor sibi vendicant. Herbornæ, in 4.

8 1605 Matthiæ Martinii synopsis S. Theologiæ, de Deo, de decretis Dei, de executione prouidentia, & de executione prædestinationis. Herbornæ, in 8.

1605 Hieronymi Zanchi opera. Londini, in fol.


1 1605 Laurentii Ludouici Leobergensis synopsis doctrinæ de filio Dei, Florentis scholæ Melanthonis, Ambergæ, in 8.

Marci



Marci Hieronymi Vidæ Cremonensis, Albæ Episcopi opera. Apud Iaco. 1605
 bum Stoer, in 16.
 I. Druſi de tribus ſectis Iudeorum libri quatuor. Eiuſdem ſpicilegium Tri- 1605
 bareſii Nicolai Serarii. Arnhamii, in 8.
 Ioseph. Scaligeri elenchus Tribareſii Nicol. Serarii eius in ipſum Scalig. 1605
 animaduersiones confutate, Arnhamii, in 8.
 Illuſtriſſimi & S. m. principis ac Dn. Dn. Ernesti Friderici Marchionis Ba- 1605
 denſis Confessio fidei. Ambergæ, in 8.
 Conſensus in religione, inter Eccleſias Euangelicas maioris & minoris Po- 1605
 loniæ, magnique Ducatus Lithuania & cæterarum eius regni prouinciarum,
 Confirmatus & ſerenis. Polonię regibus, Augusto, Henrico ac Stephano an-
 tehac oblatus. Acceſſerunt acta & concluſiones Synodi Turoniensis. Heidel-
 bergæ typis Vogelianiſ. in 8.
 Ioach. Camerarii hiſtorica narratio de fratrum orthodoxorum Eccleſiis in 1605
 Bohemia, Morauia & Polonia. Typis Vogelianiſ, in 8.
 Simonis Steiniſ Iacobus Gretſerus triumphatus ob infelicę deſenſionem 1605
 narrationum de vita ac miraculis Ignatii Loiolæ &c. Heidel. apud eund. in 8.
 D. Georgii Sohn, quod Papa Rom. ſit Antichriſtus. Heidelbergæ, in 4. 1605
 Hoſeas Propheta commentariis illuſtratus. Præmittuntur *πελεγόμενα* de 1605
 Prophetis de que ſcripturæ propheticæ autoritate, à Moguntini cuiuſdam le-
 ſuitæ ſcriſturilibus animaduersionibus vindicata. Adiectę ſunt orationes tres
 in Academia habitæ, autore D. Dauide Pareo. Heidelbergę typis Vogel. in 4.
 Rodolphi Gualtheri archetypi Homiliarum in S. Lucam, correcti & aucti 1605
 à Rodolpho Simlero. Tiguri apud Wolphium, in 8.
 Eiuſdem archetypi homiliarum in Euangelium ſecundum Ioannem. Ti- 1605
 guri apud eundem, in 8.
 Guilielmi Bucani Eccleſiaſtes, ſiue de formandis concionib. tractatus duo. 1605
 Bernæ apud Ioan. le Preux, in 8.
 Eiuſdem oratio pro carnis reſurrectione, aduerſus omnium temporum Sa- 1605
 ducæos. Apud le Preux, in 8.
 Ioan. Hudrici Herlini Iſagoge ad lectionem librorum noui Teſtamenti, ad 1605
 rerum ſummam memoria facilius complectendam. Apud le Preux, in 8.
 Enchiridion Theologicum aphoriſtica methodo compositum ex disputa- 1605
 tionibus Antonii Fayi. Geneuæ, apud Iacob. Chouet. in 4.
 Biblia ſacra, ex Hebræo & Græco-Latina facta. Altera translatio vetus eſt, 1605
 altera noua, cum annotationibus Franc. Vitabli. Acceſſere interpretatio no-
 minum Hebræorum, Chaldæorum, & Græcorum paſſim in Bibliis occur-
 rentium. Hanouia, apud Wechelianos, in 4.
 Ioan. Acronii Friſii ſyntagma Theologiæ. Groningæ, proſtat apud Cor- 1605
 nelium Nicolai, in 4.

7
 12
 3
 1
 4
 14
 15
 2
 8
 2
 1
 4



Libri utriusque Iuris.

- 18 . 1605 **D** Paridis de Puteo tractatus de Syndicatu, absolutissimus, typorum va-
rietate elegantius nunc primum in Germania editus. Francofurti apud
Ioannem Saurium, in 8.
- 5 15 . 1605 Consilia præstantissimorum, Germaniæ, Italiæ, Galliæ, Hispaniæque Iure-
consultorum, à D. Laurentio Kirchovio, consiliario quondam Megapolitano
collecta, ac quinq; voluminibus destinata. Et correctius & varietate typorum
elegantius edita. Francofurti apud Vincentium Steinmeyer, in fol.
- 12 . 1605 Conclusiones feudales tam theoricæ quam practicæ, congestæ à Iano ab
Arcedura. Francof. apud Ioan. Sartorium, in 4.
- 1605 Consiliorum Menochii centuria sexta. Francofurti apud heredes Christia-
ni Egenolphi, in fol.
- 4 . 1605 Emerici à Rosbach thesaurus receptarum differentiarum iuris civilis &
canonici, additis aliquot eo spectantibus decisionibus; Vna cum Indice. Fran-
cofurti apud Ioan. Spies. & Ioan. Iacobum Porcium, in 8.
- 7 . 1605 Ioan. Lud. Benderi, Imper. Camerae Assessoris, conclusionum decisuarum
de reuisione Actorum & sententiarum in iudicio Camerae pronunciarum,
Liber singularis. Accessit Comment. in 53. Titulum partis 3. ordin. Camera-
lis. Editio altera. Francof. apud Ioan. Iacobum Porcium, in 8.
- i . 1605 Consiliorum illustriorum ICC. & diuersarum Academiarum, in Italia,
Gallia, Germania &c. hæctenus nullibi publicatorum, Tomus III. Franco-
furti apud Steinium, in 4.
- i 10 . 1605 Iacobi Menochii de adipiscenda, retinenda & recuperenda possessione,
commentaria. Item responsa causæ Finariensis, eodem auctore edita. Omnia
ornatius & emendatius edita Coloniae apud Ioan. Gymnicum & Anton. Hier-
rat, in fol.
- 3 . 1605 Iacobi Menochii de arbitrariis Iudicium quæstionibus & causis libri duo.
Accessit eiusdem argumenti centuria sexta, auctior. Cum quatuor indicibus.
Coloniae apud Gymnicum & Hierat. in fol.
- 16 . 1605 D. Ludouici Schraderi commentarius de Contractibus; Nunc primum
editus à Ioanne Brandes, I. C.
- i 15 . 1605 Lecturæ Altorphinæ Huberti Giphani S. Cæs. Maiest. consilarii, in ali-
quot tit. Digest. & Codicis. Francof. apud Kopffium, in 4.
- 2 . 1605 D. Othonis Melandri tractatus tres de modo discendi, docendi & exer-
cendi Iura. Lichæ apud Kezelium, in 8.
- i . 1605 Decisiones feudales variorum ICC. Accesserunt aliæ decisiones S. senatus
Pisani continentes disputationes pertinentes ad principum successiones, præ-
sertim ad priuatorum contractus, nec non ad vltimas voluntates. Ornatius
editæ Spiræ apud Heliam Kempach, in fol.

Tracta-

- Tractatus tres de venatione, piscatione, & aucupio, editio secunda auctior 1605
& commodior. Spiræ, in 4.
- Petri Denaisii Ius Camerale, ab auctore recognitum & auctum. Spiræ, in 8. 1605
- Iac. Cuiacii recitationes solennes in libros Codicis Iustiniani, I V. V. VI. 1605
VII. VIII. & IX. cum manuscripto Cuiacii collata, emendata, & aliquot titulis eiusdem Cuiacii aucta à Dionysio Gothofredo. Francofurti apud Ionam Rhodium, in 4.
- Eiusdem recitationes in libros Pandectarum plerosq; cum manuscripto eiusdem Cuiacii collata, & aliquot titulis aucta à Dionysio Gothofredo. Francofurti apud eundem, in 4.
- Feliciani de Solis I. C. Complutensis, commentarii de censibus. Apud eundem, in fol. 1605
- Recentiorum practicarum quaestionum iuris canonici & ciuilibus ad praxin vtriusq; fori spectantium libri tres, autore Florez Diez de Mena, I. C. 1605
- Index rerum & verborum ad opera Ioannis Corasii. Witebergæ apud Bergerum, in fol. 1605
- Christoph. Iorniolæ Crementis consiliorum, Pars prima. Apud Somschum, in fol. 1604
- Consilia D. Hieronymi Papponii. Apud eundem, in fol. 1604
- Allegationes iuris Herculis Rippæ I. C. Mantuani. Apud eundem, in 4. 1604
- Bartholomæi Vgolini tractatus de vsuris. Apud eundem, in 4. 1604
- Tractatus siue quaestiones Ioan. Baptistæ Costæ, de ratione siue consideratione rata. Apud eundem, in 4. 1604
- D. Philippi Hænonii quaestiones siue controuersia Iuris illustres, ab ipso autore quaestionibus aliis elegantibus aucta. Herbornæ, in 8. 1605
- Caroli Iörger liberi Baronis in Kreuzbach disputatio de regalibus, ex commentariis D. Georgii Obrechtii. Argentorati apud Rihelium, in 4. 1605
- Institutiones Iuris. Adiecti sunt ex Digestis, tituli de verb. signif. & regul. iur. Apud Iac. Stoer, in 24. 1605
- Andrea Rauchberi, I. C. quinquaginta quaestiones, ad iuris communis, Saxonici & Electoris Sax. constitutionum prouincialium declarationem pertinentium, pleraque ex D. Mich. Teuberi aduersariis excerpta. Editio auctior. Witebergæ sumptibus Bergeri, in 4. 1605
- Winoldi Kifer propositiones super gladii spiritualis iurisdictione sententiæ excommunicationis, suspensionis & interdicti censuris, &c. Colonia, apud Greuenbruch, in 4. 1605
- Eiusdem conclusiones de crimine læsæ maiestatis, & de confiscatione bonorum. Colonia, apud eundem, in 4. 1605
- Decretum Gratiani emendatum & rationibus illustratum, vna cum Glossis. Ad exemplar Romanum recognitum. Venetiis apud Societatem, in fol. 1605

- 1605 Idem cum additionibus ad Decretales D. Augustini Caraitæ: quibus etiam accesserunt additiones D. Prosperi Caraitæ, cum indice locupletissimo. Apud Societ. Venet. in 4.
- 1605 Fausti Lauiani Summa & Repertorium Codicis Iustiniani, ordine alphabetico digestum. Apud Societ. Venet. in 4.
- 1605 Antonini Tessauri additiones ad nouas decisiones sacri Senatus Pedemontani, innumeris eiusdem Senatus decisionibus ornatae à Casp. Antonio Tessauro. Apud Societ. Venetam, in 4.
- 1605 Io. Vincentii de Anna, I. C. Neapol. opera omnia: cum decisionibus regiae Camerae Summariae, S. regii consilii, ac supremi consilii collateralis. ibid. in f.
- 1605 Nouae decisiones sacri Senatus Pedemontani, autore & collectore Antonino Tessauro: eiusdem ad eas additiones à Casparo Antonino Tessauro editae. Apud Soc. Venet. in fol.
- 1605 Christophori Torniolæ Cremonensis consiliorum pars prima: nunc sola in lucem edita. Apud Soc. Vener. in fol.
- 1605 Commissionum & Rescriptorum vtriusq; signaturæ Papæ praxis siue tractatus pars prima, autore R. P. D. Ioan. Baptista Marchesano, auctior. Apud Societ. Venet. in fol.
- 1605 Ioan. Aloysii Catalini tractatus criminalis, amnistiae praesertim, abolitionis & indultus. Apud Societ. Venet. in fol.
- 1604 Decisiones Rotæ, prouinciæ Marchiae, autore D. Stephano Gratiano. Apud Societ. Venet. in 4.
- 1604 Vincentii Carocii tractatus locati & conducti. Editio quarta, innumerabilibus prope quaestionibus auctior. Apud Societ. Venet. in fol.
- 1605 Henrici à Segusio, Card. Hostiensis aurea summa, Nic. Superantii adnotationibus, & quibusdam excerptis ex summa Fr. Martini Abbatis, contemporanei Azonis & Accursii, illustrata. Apud Societ. Venet. in fol.
- 1605 D. Hortensii Caualcanti de Brachio Regio; hac editione mirifice ampliatum, ab eodem autore. Marpurgi, in 4.
- 1605 De iustitia & iure, cæterisque virtutibus Cardinalibus libri IV. autore Leonardo Lessio, à Soc. Ies. ad secundam secundæ D. Thomæ à quaest. 47. vsq; ad quaest. 171. Louanii, apud Ioannem Masium, in fol.
- 1602 D. Leopoldi Hackelmanni illustriores quaestiones iuris, XXIV. disputationibus ab eodem propositæ. Francof. apud Palthenium, in 4.
- 1604 Axiomata iuris controuersi, seu disputationes Institutionum, autore D. E. lia Robero. Francof. apud eundem, in 4.
- 1605 Iurisprudentiam nedum constare ratione, sed esse scientiam proprie dictam, contra calumnias Angeli Thii & Iacobi Zabarellæ, &c. cum commentariis in Ethicam & Politicam Aristotelis, autore D. Petro Gilkenio. Francofurti apud eundem, in 4.

Consi-

Consiliorum tam ad arbitros, quam ad iudices scriptorum, autore Simone de Prætis, centuria I. & II. Francof. apud eundem, in fol. 1605 4 15

Andræ Cludii commentarius in tit. Cod. & Digestorum, de condictione indebiti. Addita est Synoptica epitome huius commentarii, tribus disputationibus comprehensa. Francof. apud eundem, in 4. 1605 . 14

D. Petri Binsfeldii tractatus de confessionibus maleficorum & sagarum, auctorior. Adiungitur commentarius in tit. C. lib. 9. de malef. & mathem. vna cum Bullis & extrauagantibus Pontificum, Augustæ Treuirorū apud H. Bock. in 8. 1605 . 8

Caroli Molinæi opuscula lectu dignissima, editio postrema. Apud Ioan. le Preux, in 8. 1605 . 4

D. Friderici Martini commentarius de iure censuum seu reddituum annuorum, eorum potissimum, qui emptionis titulo comparantur. Adnexa est noua Carolin. constitut. 109. & 218. interpretatio, Friburgi, apud Martinum Bocklerum, in 4. 1605 . 10

Ioan. Baptistæ Baiardi annotationes ad Iulii Clari receptarum sententiarum libros V. siue practicam criminalem. Francofurti impensis omnium heredum Nicolai Bassæi, in fol. 1605 . 10

Corpus iuris ciuilem emendatum & notis illustratum, & appendice Pauli Lanceloti adiectum. Accesserunt loci communes vberissimi ex ipsis Canonibus collecti. Basileæ, apud Ludouicum König. in 4. 1605 . 2 10

Ioan. Cheirodoti Ceramii I. C. Hispani paratitla in quatuor libros Instit. iuris. Basileæ, apud eundem. in 16. 1605 . 4

Libri Medici.

Bernardi Gomesii Miede, Diascepseon de Sale Physico, Medico, geniali & mystico, libri IV. in certa capita distincti à D. Petro Vffenbachio. Francofurti, apud Ioan. Bernerum, in 8. 1605 . 8

Bassiani Landi, Placentini, Anatomix corporis humani libri duo. Francofurti apud Ioan. Spiessium & Ioan. Iacobum Persium, in 8. 1605 . 2 2

D. Petri Holtzemii prognosticon vitæ & mortis longitudinis & breuitatis morbi. Coloniae, apud Greuenbruch, in 8. 1605 . 5

Omniboni Ferrarii Medici Veronensis de arte medica infantium libri I V. Apud Henning. Grossium, in 8. 1605 . 8

Praxis Alchimix, hoc est, de artificiosa præparatione præcipuorum medicamentorum chymicorum libri II. quorum primus de destillationibus: alter de lapide philosophorum agit, autore D. Andrea Libauio. Annexus est libellus Iac. Bessoni, de ratione extrahendi olea & aquas à medicamentis simplicibus. Francof. apud Kopffium, in 8. 1605 . 8

Noσολογία seu affectuum humanorum curatio hermetica & Galenica, auctore D. Ioachimo Tanckio. Lipsiæ, apud Ioan. Rosam. in 8. 1605 . 8

Medi-

45
5
15
10
9
5
3
2
15
3
2
15
15
14

- 1605 Medicina Salernitana, per Ioan. Curionem recognita, & aliquot opusculis aucta. Francofurti apud Vincentium Steinmeyer. in 16.
- 1605 Consilia medicinalia Antonii Mariæ, & aliorum. Accessere Iulii Cæsaris Claudini breues in re medica tractatus, collecta atq; polita à D. Iosepho Lautenbachio. Francof. apud Ioan. Sartorium, in 4.
- 1605 D. Ioan. Heckii disputatio de peste, & quare præcipue grassetur tot ab hinc annis in Belgio. Dauentriæ apud Ioan. Cloppenburch. in 4.
- 1605 Henrici à Bra catalogus medicamentorum facile parabilium, pestilentia veneno aduersantium, auctus. Arnhemia apud Ioan. Iansonium, in 8.
- 1605 Hieronymi Fabricii ab Aquapendente de visione, voce & auditu. Francofurti apud de Bry, in fol.
- 1605 D. Wilhelmi Laurenbergii disputatio de febris malignæ petechialis essentia, causis & signis. Rostochii, prostat apud Laurentium Alberti, in 4.
- 1605 Iacobi Bordingi enarrationes in VI. libros Galeni de tuenda sanitate. Accessere eiusdem autoris consilia quædam Illustrissimis principibus præscriptæ. Rostochii, prostat apud Laur. Alberti, in 8.
- 1605 D. Georgii Grafeccii *μικροσκομικὸν διατάξιν*, in quo fabrica humani corporis masculinum representantis affabre demonstratur. Argentorati apud Ioannem Carolum.
- 1605 Appendix apologetica Henrici Cornelii Agrippæ, pertinens ad secundam eius operum Lugduni editorum partem, Lugduni per Beringos fratres, in 8.
- 1605 Ioan. Langii Epistolarum medicinalium volumen tripartitum, dimidia sui parte auctum. Hanouia apud Wechelianos, in fol.
- 1605 Pharmacia Ioan. Fernelii cum Guil. Plantii & Franc. Sagnyeri scholiis. Hanouia apud eosdem, in 12.
- 1605 Ioan. Caruini Medici Montis-Alba, de Sanguine, Dialogi VII. Hanouia apud eosdem, in 12.
- 1605 Horatii Augenii de febribus libri VII. ab Hilario Augenio editi. Accesserunt alii tres eiusdem materiae. Francofurti, prostat apud Wechel. in fol.
- 1605 Theophrasti Eresii opera, nunc Græce & Latine simul edita, interpretibus Daniele Furlano & Adriano Turnebo. Accesserunt liber de innato spiritu, Aristoteli attributus, & Danielis Furlani vberes ad omnia commentarii. Hanouia apud eosdem.
- 1904 *Περὶ βυλιατρίας* siue de medica consultatione libri IV. autore Barthol. Turriano, Genuense. Genuæ, prostat apud Zachariam Palthenium Francofurti, in 8.
- 1605 Ioannis Talentonii variarum & reconditarum rerum thesaurus. Francofurti apud Zachar. Palthenium, in 8.
- 1604 Ioannis Costæ tractatus de potu in morbis, in quo de aquis, vino, omniq; factitio potu, &c. apud Societ. Venet. in 4.

Hippo-

Hippolyti Obicii Dialogus tripartitus de nobilitate Medici contra illius ob- 1605
tractatores, apud Societ. Vener. in 4.

10sephi Quercetani ad breuem Riolani excursum breuis incurfio. Mar. 1605
purgi, in 8.

Io. Baptista Siluatici de vnicorni lap. Besuan & margaritis in febr. malignis 1605
vtendo in 4. apud Somaſchum.

Cesar Bergamio de præcautione à calculo in 4. apud Somaſchum. eiusdem 1605
de podagra in 4. apud Somaſchum.

Ioannis Coſtei Laudensis de potu in morbis in 4. apud Somaſchum. 1605

Io. Hieronymi Puluerini praxis medica in 4. apud Somaſchum. 1605

Libri hiftorici, politici & Geographici.

Arnoldi Clapmatii de arcanis rerum publicarum, libri ſex. Bremæ, proſt. 1605
apud Io. Berner. Franc. in 4.

M. Thomæ Sagittarii, P. L. diſputationes politicae. Accessit eiusdem confi- 1605
lium, quomodo loci communes ſint colligendi, Lipſiæ apud Voigt, in 8.

Axiomatum æconomicorum editio noua. Aucta & locupletata inſigniter à 1605
Georgio Richtero. Cum Indice, apud Voigt, in 8.

Mercurii Gallobelgici rerum vbiuis à nundinis autumnalibus 1604. vſq; 1605
ad vernaes 1605. geſtarum, narrationis continuatae Tomi VI. liber I. auctore
M. Gothardo Arthuro. Francofurti apud Latomum in 8.

De regno Sueciæ & bellis civilibus atq; externis, non regis Sigifmundi tan- 1605
